ipam iehennaz paruo tū tpe tolerare ꝑ co
vt xp̄m poſſemus videre in gloria venientē
eius ſanctoꝝ numero ſociari. non eſſet di/
gnū pati omne q̄d triſte eſt modo vt tanti
boni tāteꝗ̄ glorie participes haberemur.
Hec ille.

E

Dixi tertio ꝙ in verbis ꝓmiſ/
ſis noſtri thematꝭ
ſubinfertur diuine dilectionis vtilitas ef/
ficax ⁊ dulcoroſa. cum dicit̄ Vt oīs q̄ cre
dit in eū nō pereat ſed habeat vitā eternā.
Certe magna vtilitas et dilectione diui/
na. qua factum eſt vt oīs credens nō pe
reat. ſed eternaliter conſequat̄ vitā eternā
Circa quod ſciendū ꝙ ſicut hic pater vita

# ¶ Feria ſecunda penthecoſtes

eterna nõ datur niſi credẽtibꝫ in xp̄m. no/
tãter autẽ dicit. Omis q̃ credit in ip̄m. nõ
dicit. q̃ credit ei. aut q̃ credit ip̄m. Nam ſm
glo. ordi. Jaco. ij. Aliud eſt credere deũ. ali
ud credere deo. aliud credere in deũ. Cre/
dere deũ eſt credere ꝙ ſit. Credere illi ẽ cre
dere vera eſſe q̃ dicit ip̄e. Credere in illum
eſt diligere illũ. Primũ ⁊ ſcd̃m eſt multorũ
maloꝝ. ſed tertiuꝫ tm̄ bonoꝝ. Eſt ḡ fides
xp̄ianoꝝ credere in xp̄m. i. bene operãdo ꝑ
dilectiõem in ip̄m intẽdere. Vñ hec eſt fi/
des formata q̃ ſola iuſtificat. Alias autẽ fi/
des iformis ſine opibꝫ dicit̃ mortua. Hinc
eſt ꝙ Ja. arguẽs cõtra phos ⁊ fictos xp̄ia/
nos dicit Jaco. ij. Quid ꝓderit frẽs mei ſi
fidem q̃s dicat ſe habere. opa autẽ nõ ha/
beat. nunq̃d poterit fides ſaluare eum. Et
poſt pauca. Sic fides ſi nõ habet opa. ſci/
licet quibꝫ reuiuificat̃ ſm Interl̃. mortua
eſt in ſemetip̄a. q. d. Sicut anĩal mortuuꝫ
dicit̃ q̃d nõ vllo modo ꝑcipitur moueri. ſic
anĩa q̃ dicit ſe fidem tenere ⁊ opa nõ oñdit
nõ eſt viua. eo ꝙ ſigna vite aĩe fidelis ſunt
motus opeꝝ bonoꝝ. Et ideo Jaco. ibideꝫ
ſubdit dicẽs. Sed dicet q̃s. Tu fidem ha
bes. ⁊ ego opa habeo. Oſtende mihi fideꝫ
tuam ſine opibꝫ. ⁊ ego oñdam tibi ex opibꝫ
fidem meã. Tu credis q̃niã vnus eſt deꝰ.
bene facis. ⁊ demões credũt ⁊ cõtremiſcũt
Et ſeq̃tur. Vis o homo ſcire maius. qm̄
fides ſine opibꝫ mortua eſt. Abraam pater
noſter nõne ex opibꝫ iuſtificatꝰ eſt offerens
filium ſuũ Iſaac ſuꝑ altare. Vides ḡ q̃niã
fides cooperabat̃ opibꝫ ſuis. Et ex opibꝫ fi
des ꝯſummata eſt. ⁊ impleta eſt ſcriptura.
dicẽs. Credidit abraam deo ⁊ reputatuꝫ ẽ
illi ad iuſticiã. ⁊ amicus dei appellatus eſt.
Ex quibꝫ cõcludit Jaco. dicẽs. Videtꝭ ꝙ
ex opibꝫ iuſtificatur homo. non ex fide tm̄.
Silr autẽ ⁊ Raab meretrix. nõne ex ope/
ribꝫ iuſtificata eſt. ſuſcipiẽs nũcios. et alia
via eijciens. Et quo ꝯſequẽter cõcludit ꝑ
exemplũ Jacobꝫ. Sicut enĩ corpꝰ ſine ſpi
ritu eſt mortuum. ita et fides ſine operibꝫ
mortua eſt. Hec Jaco. Super quibꝫ ver/
bis dicit glo. ordinari. Ideo debetis bene
agere. q̃a falluntur qui ſolam fidem ſufficere
credũt. Sed diceret q̃s. Tamẽ Marci vl
ti. dicit̃. Qui crediderit et baptizatꝰ fuerit
ſaluus erit. Soluit hoc gloſa ibidẽ dicẽs.
Ex hoc intelligit̃ de fide ꝑfecta que ꝑ dile/
ctionẽ operat̃. Inducit autẽ duo exempla
ad hoc ꝓbandũ ſcꝫ de abraam Geneſ. xxij
Et de Raab Joſue. ij. Vñ dicit gloſa. ordi
na. Ex abraam licet ꝑ fidem quã habebat
eſſet iuſtus. tñ ꝑ opera q̃ addidit amplius
eſt iuſtificatꝰ. que niſi feciſſet meritũ prece
dentis fidei amiſiſſet. Unde ſm glo. ordi.
Licet Apl̃s ad Romanos dicat Abraam
fuiſſe iuſtificatũ ꝑ fidẽ ſine operibꝫ. hoc in
telligendũ eſt de operibꝫ q̃ precedebãt. q̃a
ꝑ opera que feciſſet ante fidem. iuſtus nõ
fuit ſed ſola fide. Hic auteꝫ dicit Jaco. Ex
abraam ꝑ opera iuſtificatus eſt. q̃d intelli/
git̃ de operibꝫ ſequentibꝫ fidem. ꝑ que am/
plius iuſtificatur. cum iam ꝑ fidem iuſtus
fuiſſet. Unde paulus laudat fidei ꝯſtanti/
am. Jacobꝫ aũt opeꝝ magnificentiã. Hec
gloſa. Iſta tractans latius Iſido. in libro
diffinitionũ dicit. Inter fideꝫ ⁊ opus hoc
diſtat. ꝙ ex fide poſſibilitas nobis operis
inchoatur. ex ope ip̄a fides ꝑficitur. Opus
enim fide ꝓuenitur. fides operibꝫ conſum
matur. Opera autẽ ſine fide nequaq̃ꝫ pro/
deſſe poſſunt. quia nõ valet a malo declina
re ⁊ agere quod ꝑtinet quippe ad saluteꝫ q̃
ip̄m ſalutis vel neſcit vel negat auctorem.
Item fides ſine operibꝫ nequaq̃ꝫ prodeſt.
quia nõ poteſt ꝑ fidem deo placere qui de
um cõtemnit in opere. Ob hoc ⁊ fides ſi/
ne operibꝫ mortua eſt Juxta Jacobum. et
opus abs fide vacuũ eſt Juxta Paulum.
Paulus p̄dicat ante fideꝫ nullo modo eſſe
opus bonũ. Jacobꝫ narrat nihil valere ſi/
ne opere bono. ac ꝑ hoc iuxta primuꝫ ope/
ra fidem p̄cedentia nihil proſunt. Juxta al
terum ſubſequẽtia multuꝫ proſunt. Jaco/
bus dicit. Abraam pater noſter ex operi/
bus iuſtificatꝰ eſt. Paulus dicit. Credidit
abraam deo ⁊ reputatũ eſt ei ad iuſticiam.
Quid ergo vterq̃ꝫ ſe deſtruunt. Abſit. ſed
vtiq̃ꝫ nos inſtruunt. Nam ſm paulũ Abra
am ex fide iuſtificari meruit quãdo credi/
dit. ſm Jaco. Et operibꝫ placuit. quoniaꝫ
temptatus imolandũ filium ſuũ nõ recu/
ſabat. Hec Iſidorus. Eſt ergo immutabi
lis ſententia. ineffabilis veritas. ⁊ indubi/
tata patrũ auctoritas neminẽ ſaluari poſ/
ſe ſine fide formata. hoc eſt bonis operibꝫ
adornata. quod etiã hoc ip̄m vocabuluꝫ et
nomen oſtendit. Nam fides dicit̃ a facio ⁊
dico. Unde qui facit quod dicit hic fidel̃
eſt. Inquit Aug. in ſermone. xxij. Talis fi
des vbicunq̃ꝫ fuerit omnia poteſt omnia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impetrat Marci.xj. Omnia quecūq3 orā/
tes petitis credite ⁊ accipietis. hac fide ni
hil preciosius nihil honorabilius Vñ Au/
guſti. de verbis domini. Nulle maiores di
uitie. nulli honores. nulla hui⁹ mūdi ma/
ior eſt ſubſtantia q̄3 eſt fides catholica. que
peccatores homīes ſaluat. cecos illumiat ⁊
infirmos curat. cathecuminos baptizat. fi
deles iuſtificat. penitentes reparat. iuſtos
augmentat. martyres coronat. virgines ⁊
viduas ⁊ cōiugales caſto pudore pſeruat.
clericos ordinat. ſacerdotes conſecrat in
eterna hereditate cum ſanctis angelis col
locat. ⁊ breuiter beatitudinē confert ſem/
piternā. Quia beati qui nō viderunt ⁊ cre
diderunt Joh.xx. eo q̄ qui ex fide ſunt be/
nedicentur. Gal.iij. Ad quā beatitudinem
nos pducat q̄ ſine fine viuit ⁊ regnat Amē

Feria ſecunda Penthecoſtes. II
Sermo LXXVIII.

Lux venit in mū
dum et dilexerūt homīes ma/
gis tenebras q̄3 lucem. Erant
enim opa eorū mala Joh.iij. Inter alia q̄
bus homīes delectant in hac vita eſt clari
tas lucis ſolaris. Iuxta illud Eccl'es.xj.
Dulce lumē ⁊ delectabile oculis videre ſo
lem. Vñ Thobias cecus effect⁹ angelo ſi/
bi annunciante gaudiū rñdit. Quale mihi
gaudium eſt q̄ in tenebris ſedeo ⁊ lumē ce/
li non video. Et licet omīs lux ſtellaꝝ om/
niū ſit hominib⁹ delectabilis. tñ maxīe ho
mines diligunt ſolem. pſertim q̄a vt dicit
Macrobius ſup ſomniū ſcipionis lib.j.
Inter omīa viſibilia eſt deo ſimilius. put
etiā dixit Plato. Tum ratiōe quantitatis.
quia nullus planetarū eo maior. ⁊ ipe exce
dit terram centies ſexageſies ſepties. vt di
cit Alfraganus differētia.xxij. Tum ratio
ne poteſtatis. quia omnib⁹ influit. ⁊ omēs
ſtellas q̄ſi dux poteſtate pcedit ⁊ princeps
vt dicit Plotin⁹. Tum ratione claritat̄. q̄r
plenus eſt luce ſine omī macula. ⁊ ideo di/
citur q̄ſi ſolus pfecte lucens. Moralit' lo/
quendo chriſtus eſt verus ſol iuſticie. De
q̄ dicitur Malach.iiij. Qui in infinitū eſt
ſimilim⁹ deo patri q̄3 iſte ſol materialis. et
ratione q̄ntitatis. q̄a in infinitū omnia ex/
cedit. Attingit eni a fine vſq3 ad finē Sa
pien.viij. Et ipe altior eſt celo. profundior
abiſſo. vt dicit Job.xj. Item rōne poteſta
tis. q̄r ipe cum deo patre eq̄lem habet po/
teſtatem. ⁊ ei obediunt celeſtia. terreſtria et
infernalia. Philip.ij. Item tertio rōne cla
ritatis. Ipe eni habet eternā claritatē cū
patre. cum dicit Joh.xvij. Pater clarifica
me claritate quā habuiſti priuſq̄3 mundus
fieret. Que quidē claritas excedit omnem
claritatē creatā q̄ntācunq3. Vñ Sap.vij.
dicit. Candor ē lucis eterne ⁊ ſpeculū ſine
macula dei maieſtatis ⁊ imago bonitat̄ il
lius. Et ſequit. Eſt ſpecioſior ſole et ſuper
omnē ſtellarū diſpoſitionem luci cōpara/
ta inuenitur prior. Et Eccl.xxiij. dicit. O/
culi dñi lucidiores ſole. Et ideo cōcludit
Boecius. q̄ deus poteſt dici ſol q̄ſi ſolus
lucens. ⁊ hoc idē dicit Homer⁹ in li. de lau
de ſolis. Sed q̄3uis diuine lucis radius
ipe dei filius ſe nobis tam multiplicit' ma/
nifeſtauit in mūdo. Nunc ſe panē vocans
in famelicoꝝ ſatiationē. nunc vitē in deſo/
latorū conſolationē. nunc lucē in cecorū il
luminationē. vt dicit Hugo de ſcrō victo
re ſup primum capitulū celeſtis ierarchie.
Mirū tamen eſt q̄ mūdus tanta ipius be
neficia paruipendens magis vanitati la/
benti adheſit. et pro luce tenebras dilexit.
Hincē q̄ filius merito dicit mundū eſſe
arguendum ex h̄ q̄ cū ipe venit vt lux qui
per ſe et p ſpiritūſanctum mundum illumi
nare diſpoſuit. tamen mūdus plus dilexit
tenebras q̄3 lucem que fuerūt verba in pn
cipio propoſita. In quibus verbis tria de
ſcribuntur. Primo nanq3 deſcribitur diui
ne bonitatis magnitudo et excellentia. q̄a
lux venit in mūdū. Secūdo humane iniq̄
tatis ingratitudo ⁊ maliuolētia in eo q̄ di
lexerunt homines magis tenebras q̄3 lu/
cem. Tertio ſubiūgitur huius ingratitu/
dinis origo ⁊ cauſa. cū additur. Erant eni
opera eorū mala.

A

Dixi primo q̄ in verbis pmiſ/
ſis primo deſcri/
bitur diuine bonitatis magnitudo ⁊ excel
lentia in eo quia lux venit in mundū. Ve/
re magna bonitas dei que videns totum
mundū tenebroſum multiplicibus tene/
bris dignatus ē mittere filium ſuum qui
eſt ſplendor paterne glorie. Ad Hebre.j.
Qui ad hoc venit vt illuminaret omnē ho
minem venientē in hunc mundū. Erat eni

go chriſtus lux arguens malos Ephes.v.
Omnia q̄ arguūtur a lumine manifeſtant.
Erat lux dirigens bonos Joh.xij. Ambu
late dum lucē habetis. Erat lux delectās
iuſtos. Unde Eccles.xj. Dulce lumē ꝛ de
lectabile ē oculis ſcilicet iuſtorū videre ſo
lem. Jſta lux lucet tripliciter. Jn ſignis ꝑ
potentiam. Juxta illud Ps̄. Jlluxerunt
choruſcationes tue orbi terre. Jn verbis
ꝑ ſapientiā Abacuc.iij. Splendor eius vt
lux erit. Jn exemplis eius bonitas. Joh.
viij. Qui ſequit me nō ambulat in tenebr̄.
Sequit ſcilicet ꝑ imitationem operꝝ. Jſta
lux non minus hodie lucet ꝑ gratiam ſpi
ritusſancti in mundo primo lumine ſcien
tie. Unde in Ps̄. Jlluminās tu mirabili
ter a montibꝫ eternis. Montes eterni ſūt
apoſtoli. q̄ dicunt eterni. quia ab eterno p̄
ordinati ꝛ p̄electi. Juxta illud Eph.j. Ele
git nos in ipō ante mundi cōſtitutionem.
Et.ij. Thimo.j. Uocauit nos vocatōe ſua
ſancta. non ſm̄ opera noſtra ſed ſm̄ ꝓpoſi
tum ſuum. i. ſm̄ ſuam eternaꝫ p̄ordinatio
neꝫ. Exponit Gorra ibidē iuxta illud Ro
ma.viij. Scdm̄ ꝓpoſitum vocati ſunt ſan
cti. Hi montes hodie ſunt illumīati a xp̄o
ꝑ ſpiritūſanctum qui deſcendit ſup eos in
flamma ꝛ luce ignis. quos ita illuminauit
lumine ſapientie ꝛ ſcientie ſue. vt haberēt
ſcientiā omniū linguarū ꝛ omniū pertinē
tium ad ſalutem. etiam ſuper omnes ſan
ctos veteris teſtamenti patres. Unde qui
libet eorum potuit dicere illud Pſalmiſte
Super ſenes intellexi. quod exponit Ly
ra ad litterā de apoſtolis. qui ſm̄ ipm̄ intel
lexerunt ſuper ſanctos patres. Ab his er
go montibus ſic illuminatis hodie et nos
illuminamur ꝑ eorū doctrinam. ꝑ illumi
nationem ſaluatoris dn̄i noſtri ieſu chri
ſti qui illuminat nos ꝑ euangeliū. vt dicit
ij. Thimo.j. Secūdo illuminat nos lumi
ne leticie ſpiritualis. ita q̄ hoīes poſt miſ
ſionem ſpiritusſancti multo libentius ꝛ ar
dentius ſuiūt deo q̄ꝫ ante. ſicut artifices
libentius operant in luce diei q̄ꝫ noctis te
nebris. Unde. Nox p̄ceſſit dies autez ap
propinquauit. Roma.xiij. Et ideo q̄libet
xp̄ianus dicere poteſt illud. Dediſti letici
am in corde meo. Et p̄mittitur. Signatū
eſt ſuper nos lumē vult9 tui domine. Ter
tio illuminat nos chriſtus ſemp per grati
am ſpiritusſancti lumīe gratie. Eram9 enī

aliquādo tenebre. nunc autē lux in domi
no Ephe.v. Et hoc ꝓpherabat Jſaias. O
rietur in tenebris lux tua Jſa.lviij. Et ideo
vnicuiqꝫ dicitur hodie. Surge illumīare
hieruſalē. quia venit lux tua. lux vtiqꝫ gra
tie que nos facit filios lucis. Unde Eph.
v. Ut filij lucis ambulate ꝛc̄. Eſt tn̄ aduer
tendū q̄ chriſtus illumīat diuerſimode ꝑ
loco et tempore. Nam illuminat in mūdo
valde vtiliter. in celo valde delectabiliter.
ꝛ in futuro iudicio valde terribilit. De pri
ma illuminatione dicitur Joh.j. Erat lux
vera que illuminat omnē hominē venien
tem in hunc mundū. Et ipſe de ſe dic̄. Ego
ſum lux mundi. Johis.viij. Jſta autē illu
minatio eſt valde vtilis maxie ad duo. vel
contra malū vel propter bonū. Cōtra ma
lum tria genera hominū illuminat. Et pri
mo peccantes ad cognitionē peccati. ſic ſo
le illuminante videntur athomi. Hanc il
luminationē petebat Pſalmiſta. Petam9
ꝛ nos cū eo dicentes. Domine qui illumi
nas lucernam meā illumina tenebras me
as. Et iſtud eſt primū donum ſpiritusſan
cti in cōuerſiōe peccatoris. quo cognoſcit
vilitatem et grauitateꝫ peccati et quo ſur
git ad contritionē. Secūdo illumīat chri
ſtus penitentes ad expulſionē cogniti pec
cati. Sicut ſole oriente repellunt nebule.
ꝛ ſicut illuceſcente die purgant ſordes do
meſtice. Unde Luce.j. Uiſitauit nos ori
ens ex alto. Et ſeq̄tur. Jlluminare his q̄
in tenebris ꝛ in vmbra mortis ſedent. vm
bra mortis ē peccatū. quia ē quaſi figura ꝛ
imago mortis eterne. Tertio illumīat pu
gnantes ad cautelā recidiui. ſic illumina
to malo paſſu fugiunt hoſtes ꝛ vitatur ca
ſus. Jdeo Pſalmiſta petijt. Jllumīa ocu
los meos ne vnq̄ꝫ obdormiā in morte. ne
quādo dicat inimicus meus p̄ualui aduer
ſus eum. Quia ergo hec tria parat9 eſt no
bis facere chriſt9. Jdeo vnicuiqꝫ hodie di
cendū ē illud. Surge q̄ dormis ꝛ exurge a
mortuis ꝛ illūiabit te xp̄s. Preterea ad bo
nū illūiat xp̄s ꝑ ſpm̄ ſcm̄ tria genera ho
minū ſcꝫ p̄dicātes ad cognitiōeꝫ dicēdoꝝ.
Sic enī luna illūiata a ſole illūiat nos. vn̄
in Ps̄. Declaratio ſermonū tuoꝝ illūiat et
intellectū dat paruulis. Sicut enī ocul9
nō videt coloratū ſine lumīe. ſic nec verum
poteſt intelligere intellect9 ſine ſpūſancti
illuminatione. vn̄ Ps̄. Preceptū dn̄i luci

dum.i.luce decoratū ꝑ ſpiritū ſctm̄. Hinc
clamat eccleſia. Accende lumen ſenſibꝰ. Et
vere neceſſe eſt iſtud lumē ſenſibꝰ nr̄is. naꝫ
niſi adſit intus q̇ doceat. doctoris lingua
inuanum laborat extra. Inquit Grego. in
omelia ſuꝑ Joh. Vn̄ Linconienſ. ſuper .j.
poſteriorū dicit. ꝙ vnus eſt doctor q̇ men
tes hoīm illuminat ⁊ veritatem oſtendit.
Scd̄o illuminat obediētes ad honeſtatē
morū. Sic ſcriptor illuminat librū vt pul
chrior ⁊ precioſior habeatur. Ideo Iſa. lx
dictū eſt. Surge illumiare ſcꝫ obediendo
ſurge ⁊ illuminare ſcꝫ honeſte cōuerſando
quia venit lumē tuum ſcꝫ xp̄s. Sic muli/
er honeſtius ſe gerit quanto nobiliori de/
ſponſatur. Tertio illuminat ꝑſeuerantes
ad ꝑueniēdū i regnū. Sic i die candela il/
luminante ꝑuenit viator ad terminū. Pſ.
Deduxit eos in nube tota die ⁊ tota nocte
in illuminatiōe ignis. Ecce ꝗ̄ vtiliter om/
nibus ſtatibꝰ hominū iſta lux illuminat in
2° mundo. Scd̄o xp̄s illūiat in empireo celo
delectabiliter. De qua illuminatione Apo
calip. xxj. Claritas dei illuminabit eā ſcili/
cet ciuitatē ſupernā. ⁊ lucerna eius ē agnꝰ.
Iſta autē illuminatio erit etiā nobis vti/
lis ad tria. videlicet ſecuritateꝫ ſine metu.
ſic illuminatio aſſecurat timidū q̇ in tene/
bris horret. Ideo Pſ. dixit. Dn̄s illumi/
natio mea. Et ſequitur. a quo trepidabo.
Si candela illuminans aſſecurat quāto/
magis deus. Secūdo illūiatio iſta cauſa/
bit in nobis iocunditatē ſine fletu. Sic il/
luminatio delectat oculū. Sic lux mitigat
morbū q̇ de nocte magis grauat Eccl. xxx
iiij. Illuminans oculos dans ſanitateꝫ et
vitā. Tertio cauſabit in nobis eternitateꝫ
ſine defectu. Lux eni facit ad ꝯſeruationē
īferiorꝝ. ſic lux ſuperna ad ꝑpetuitatē vero
rū. Apocal. vlti. Dn̄s deus illumiabit eos
3 ⁊ regnabūt in ſecula ſeculorꝝ. De tertia il/
luminatione que erit terribilis in iudicio
dicit. j. Corinth. iiij. Illuminabit abſcon/
dita tenebrarū ⁊ manifeſtabit abſcondita
cordiū. Amos v. Reuelabit quaſi aqua iu/
diciuꝫ. ⁊ iuſticia q̄ſi torrens fortis. Quaſi
aqua dicit ꝓpter nimiā habundantiā pena
rū q̄s deus tunc reuelabit q̄i impetū aque
torrētis. Hec hodie ſunt clauſa vt dicitur
Deutero. xxxij. None hec abſcondita ſunt
apud me ⁊ ſignata ⁊c. Interlinear. in futu
ro iudicio reuelāda. Sed tn̄ bonis iſta il/
luminatio erit delectabilis. q̄a in Pſ. dicit
ꝗ̄ magna multitudo dulcedinis tue quaꝫ
abſcondiſti timētibꝰ te. Quā abſcōdiſti ſcꝫ
nunc. ſed tūc reuelabis illuminādo vultuꝫ
tuum ſuꝑ nos. ⁊ oñdendo clare iuxta illud
Oculo ad oculū videbūt Job. xxviij. Ab/
ſcondita ꝓducet in lucē Sicq; patet ꝓmū
ſcꝫ diuine bonitatis magnitudo ⁊ excellē/
tia. in eo q̄a lux venit in mundū. B

**Dixi ſecūdo** ꝙ in verbis pre
miſſis tangitur
humane ꝑuerſitatis ingratitudo. cū dicit.
Et dilexerūt magis hoīes tenebras ꝗ̄ lu/
cem. Et q̄s dubitat maximā eſſe ꝑuerſita/
tis ingratitudinē q̄ñ ille qui habitat luceꝫ
inacceſſibilē ad nos veniēs dignatꝰ eſt no
biſcum cōuerſari vt nos filios lucis effice/
ret. Et tn̄ nos plus diligimꝰ tenebras pec/
catorū ꝗ̄ lucē bonorꝝ operꝝ. plus tenebras
culpe ꝗ̄ gratie. plus tenebras miſerie pre
ſentis ꝗ̄ lucē glorie future. Et ideo multū
ſumus ingrati. Sicut autē dictū eſt ꝙ xp̄s
venit nos efficere filios gratie. ſed nos ten
dimus ſemꝑ ad ſtatū culpe. Ideo dicit no
bis. Dilexerūt homies magꝭ tenebras ꝗ̄
lucē. Dicit ergo ſtatꝰ culpe merito tenebre
Primo q̄a obſcurat intelligentiā. Secun
do q̄a excecat ꝯſcientiam. Tertio q̄a tene/
bras q̄rit ⁊ ad tenebras tendit. Primo er/
go obſcurat intelligentiā. Videmꝰ enim ꝙ
quidā quātocūq; labore ⁊ ſtudio acq̄ſierūt
ſcientiā ſi ad ſtatū culpe mortalis declina/
uerint. nō niſi ea q̄ carnis ſunt ſapiūt. nec
mentis oculū vnq̄ ad ſpiritualia ⁊ ad cele
ſtia cōtemplanda ſubleuant. Iuxta illud
Epheſ. iiij. Hoc dico ⁊ teſtificor in domi/
no. vt nō ambuletis ſicut ⁊ gentes ambu/
lant in vanitate ſenſus ſui. tenebris obſcu
ratum habētes intellectū. alienati a via dei
ꝑ ignorantiaꝫ que eſt i illis ꝓpter cecitatem
cordis ipſorū. Hec ibi. Dicit ibi Lyra. Ob
ſcuratū habētes intellectū. q̄a vicia ⁊ ma/
xime carnis cauſant ebetudinem mentis.
Sil'r habet ad Rom. j. vbi dicit. Obſcu/
ratū eſt inſipiēs cor eorꝝ. Dicētes eni ſe eē
ſe ſapiētes. ſcꝫ in tpalibꝰ. ſtulti facti ſunt in
ſpiritualibꝰ. Exponit Lyra. ⁊ huiꝰ exēplū
habemꝰ expſſum i Salomne. Cuiꝰ cor de
prauatū ē ꝓpter mlieres. ita ꝙ ad idolatriā
lapſus ē. Ecce mag̃ cecitas. Scd̄o ſtatꝰ cul
pe excecat ꝯſciam. vt in q̄nto maloꝝ ꝑiculo
homo poſitus ſit non agnoſcat. j. Joh. ij.

# Feria ſecunda penthe.

Qui odit fratrem ſuū in tenebris eſt vſqꝫ
adhuc. Et infra. Et in tenebris ambulat.
⁊ neſcit quo eat. quoniā tenebre obcecaue
runt oculos eiꝰ. Ideo dicit̄ Luc. xi. Vide
ergo ne lumen q̄d in te eſt tenebre ſint. i. ne
intentio tua mala ſit. Ex qua ꝯſcientia ob
ſcurat̄ etiā ſi illḋ q̄d agit̄ aliqn̄ bonū videt̄
Tertio ſtatꝰ culpe tenebras materiales q̄/
rit Iſaie. xxix. Ve q̄ ꝓfundi eſtis corde vt
a dn̄o abſcondatis conſiliū. quoꝝ ſunt ī te
nebris opa. ⁊ dicunt. Quis videt nos ⁊ q̄s
nouit nos. Et ſequit̄. Peruerſa eſt hec ve/
ſtra cogitatio. Et in euāgelio p̄ſenti dicit̄.
Omnis q̄ male agit odit lucē Eph. v. No/
lite cōmunicare opibꝫ infructuoſis tene/
brarū. magis aūt redarguite. Et talibꝫ re/
ducēdū eſt illud poete. Cum q̄d turpe fa/
cis q̄d me ſpectante ruberes. Cur ſpectan
te deo nō magis ipſe rubes. Et illud. quia
veniet dominꝰ q̄ illuminabit abſcōdita te
nebrarū ⁊ manifeſtabit cōſilia cordium. i.
Corinth. iiii. Quarto ſtatus culpe ad tene
bras ducit Math. xxii. Ligatis manibꝫ ⁊
pedibꝫ mittite euꝫ in tenebras exteriores.
Et Math. xxv. Seruū inutileꝫ mittite in
tenebras exteriores. Et Math. viii. Filii
aūt regni mittent̄ in tenebras exterioreſ. i.
a facie dn̄i. Dicit interlinear̄. in eternā no/
cteꝫ q̄ hic ſponte ceciderūt in tenebras ex/
teriores. i. in cecitateꝫ mentis. Quis ḡ nō
videat aut intelligat magnā eſſe ingratitu
dinem diligere tantā mentis cecitatē. ob/
miſſa illa claritate lucis gratie. Ideo bene
dictū eſt ꝙ merito arguit̄ humane ꝑuerſi/
tatis ingratitudo.

Dixi tertio ꝙ in verbis premiſ
ſis deſcribit̄ huma
ne ingratitudinis origo ⁊ cauſa. Cū dicit̄.
Erant ei opa eoꝝ mala. Circa q̄d ſciendū
ꝙ ſicut opera in gratia dei facta ſunt meri/
toria ⁊ bona. ita extra gratiā facta ſunt de/
meritoria ⁊ mala. q̄ntū ad vitam eternā. li
cet in genere ſuo ſint bona. Et ratio. qꝛ gra
tia dat operi noſtro formā. Iuxta illud. i.
Corinth. xiii. Si linguis hominū loquar
caritatē aūt nō habeā ⁊c̄. Et ideo quodli/
bet opus extra gratiā ⁊ caritatē dei factuꝫ
eſt malū. eo ꝙ nō tendit finaliter in deum.
Eſt autē regula ꝙ opus denoīatur a fine. ⁊
cuius finis bonus ipm̄ quoqꝫ bonū. ⁊ ecō/
uerſo. Ideoqꝫ q̄a illi qui ſpreuerāt fidem
xp̄i male ordinabant opera ſua in malum
finē. cū ſine fide impoſſibile ſit placere deo
Hebreo. xi. Concludit eis merito xp̄us ꝙ
erant eoꝝ opera mala. Sunt aūt opa pec
catorū mala ex triplici cauſa. Primo quia
multū vilia. Scḋo q̄a multū vana. Tertio
q̄a multū nociua. Eſt ergo ꝑmo opus pec
cati malū. q̄a vile. Dicit̄ enī de pcc̄ōre Sa
pi. xv. Luto vilior eſt vita eius. Et vere val
de vile eſt. q̄a in die nouiſſimo q̄libet noīa/
bit opus ſuuꝫ ⁊ faber ⁊ ſutor. Sed pecca/
tor nō audebit nominare opus ſuū. Quō
enī audebit nomīare opus ſuū. cū om̄is q̄
taliter agit dignꝰ eſt morte. vt dicit̄ Roma.
i. Nec ſolum q̄ agunt ſed etiā q̄ talibꝫ ꝯſen
tiunt. vt dicit̄ ibidē. cuiuſmodi ſunt noueꝫ
alienis peccat̄ laborātes. De quibꝫ habet̄
verſus. Iuſſio conſiliū ꝯſenſus palpo re/
curſus. Participans mutus non obſtans
nō manifeſtans. Scḋo pctm̄ eſt opus ma
lum. q̄a vanū. vn̄ Ps. Vt quid diligit̄ va/
nitatē. Vanū eſt q̄d eſt infructuoſum. Si
eſſet vile ſed tn̄ fructuoſuꝫ. adhuc nō eſſet
mirū ſi aliquis id operaretur. Sed certe
peccatū non ſolū eſt vile ſed infructuoſuꝫ.
Vnde Roma. vi. Quē fructū habuiſtis in
quibꝫ nunc erubeſcitis. Hi poſſunt dicere
illud Lu. v. Per totā noctem laborātes ni
hil cepimus Sapie. iii. Vacua ē ſpes eoꝝ
⁊ labores eoꝝ ſine fructu et inutilia opera
eorū Iſaie. lix. Telas aranearū texuerunt
Ecce vanū opus. Tertio opus peccati di
cit̄ malū qꝛ nociuuꝫ Iuxta illḋ Ecci. xiiii.
Om̄e opus corruptibile in fine deficiet. et
qui operat̄ illud ibit cū illo. Et ſi q̄s vult
ſcire in particulari nocumēta peccati. attē
dat ꝑmo q̄a aufert gratiā Ecci. xx. Grē fa/
tuorū. i. peccatorū effundet̄ Ecci. xxi. Cor
fatui q̄ſi vas ꝯfractū. omnē ſapientiā. i. gra
tiam nō tenebit. Scḋo quia debilitat na/
turā. vt patet. q̄a ꝓpter peccatū eſurimus ⁊
ſitimus. vt dicit Grego. v. diſt. Ad eius ve Auguſtinus
ro. Et tādē morte morimur. Hinc ps̄. dic̄
ꝯfitēdo penā peccati. Miſerere mei domi
ne. q̄niā infirmus ſum. ſana me dn̄e. q̄niaꝫ
conturbata ſunt om̄ia oſſa mea. Tertio qꝛ
peccatū elongat gloriā. Ps. Longe a pec/
catoribꝫ ſalus Iſaie. lix. Peccata noſtra di
uiſerunt inter nos ⁊ deum noſtrum. Vlti
mo quia obligat ad penam. Prouer. xiiii.
Miſeros facit homies pctm̄. miſeria eter
na vtiqꝫ Roma. vi. Stipendia pctī mors.
Ecce quō opa pctōrum mala ſunt. tum qꝛ

vilia. tum quia vana. tum qꝛ nociua. In/
de eſt ꝙ Pſalmiſta hortaṫ dicens. Qui dili
gitis dñm odite malũ. Exponit Innocẽ.
id eſt diabolū vel quodlibet peccatũ. Et
apl'us ad Roma. xij. Odientes malũ. Mul
tum ergo hõ debꝫ timere ne recedat a gra
tia xp̃i. ſine qua veniunt ſibi om̃ia mala. ſi/
cut cũ ea veniũt om̃ia bona vt diciṫ Sap.
vij. Et certe valde fatuus eſt hõ qui nõ at/
tendit opa ſua dũ ſunt in gratia dei facta.
Nam tũc ſunt valde honeſta cõtra vilita/
tem. Vñ Prouer. vlti. Laudent eũ in por
tis opera eius. i. laudabilẽ oſtendãt. ꝛ Ro/
ma. xiij. Induamur arma lucis. Scḋa qꝛ
tunc ſunt valde breuia Eccl. vi. In ope il/
lius exiguũ laborabis. ꝛ cito edes de gene
rationibꝫ illius. Tertia qꝛ tunc ſunt valde
vtilia. qꝛ ſunt opa noſtre ſalutis. vt dicitur
Philip. ij. Nos ergo fratres ſimus grati
de gratia q̃ modo lucet nobis tpe grẽ. faci/
entes nobis opa lucis. vt tandẽ mercedeꝫ
recipiamus in luce eterna. Quam nobis
concedat ꝛc.

Feria tertia Penthecoſtes. I.
Sermo LXXIX.

Qui non intrat
q per oſtium in ouile ouiũ hic
fur eſt ꝛ latro. q̇ autẽ intrat
ꝑ oſtiuꝫ paſtor eſt ouiũ. huic oſtiarius ape
rit. Joh. x. Sicut dicit Ambro. in quodaꝫ
ſermone. Om̃ia habem⁹ in xp̃o ꝛ om̃ia in/
ueniemus. Si grauaris iniq̃tate. iuſticia
eſt. Si vulnera curare deſideras. medic⁹
eſt. Si febribꝫ eſtuas. fons ẽ. Si indiges
auxilio. ꝟtus eſt. Si mortẽ times. vita eſt.
Si tenebras fugis. lux eſt. Si celũ deſide
ras. via eſt. Si q̃ris alimentũ. cibus eſt.
Hec Ambro. Ex q̇bus ꝟbis patet multi/
plex nr̃i redẽptoris erga nos pietas q̇ om
nibꝫ om̃ia fact⁹ eſt. Vñ q̇a hoĩbus celũ vſ/
ꝙ ad ſuum aduentũ clauſum erat. om̃eſꝙ
errauerũt ſicut oues errãtes. vt dicitur in
Ps. x. i. Pe. ij. ꝛ defecerãt laſſati in via ini/
quitatis ꝛ ꝑditionis. ita vt nõ poſſent por/
tam ꝛ oſtiũ ingredi paradiſi. carẽtes intro
ductore tanꝙ̃ ceci errãtes in plateis Tre/
no. iiij. Ideoꝙ xp̃s veniens in mundũ no
bis factus ẽ via ſalutis Joh. xiiij. Ego ſuꝫ
via. nec ſolũ via q̃ ducit nos ad regnuꝫ. ſed
etiã factus ẽ oſtiũ regni. q̇ intraṫ ad regnũ.
nec ſolũ oſtium ſed etiã paſtorẽ ſe fecit oui/
um. q̇ introducit oues ꝛ ante illas vadit ꝓ/
oꝛ. ſ. aſcendẽdo ĩ celũ. Inſuꝑ dignat⁹ ẽ or/
dinare pĩſſimũ oſtiariũ ſpiritũſctm̃. q̇ om/
nibꝫ ꝑ oſtiũ. hoc ẽ. ꝑ fidem xp̃i intrãtibꝫ ape
rit benigniter. De quibꝫ om̃ibꝫ loq̇tur pre
ſens euãgeliũ. Qui nõ intrat ꝛc. In quibꝫ
verbis tria ꝓponunṫ ſm̃ tres ſtatus trium
ꝑſonarũ. Primo nanꝙ deſcribiṫ implicite
ꝯditio mali paſtoris cũ diciṫ. Qui non in/
trat ꝑ oſtium in ouile ouiũ. Scḋo deſcri/
bitur ꝯditio boni paſtoris. ibi. Qui aũt in
trat ꝑ oſtium. Tertio deſcribiṫ ꝯditio oui
um reſpectu quaꝝ tales bon⁹ ꝛ malus pa/
ſtor dicunṫ. cũ ſubiungiṫ. Ouile ouiuꝫ. Et
paſtor ẽ ouiũ ꝛc.

Dixi primo ꝙ primo deſcribi
tur implicite cõdi
tio mali paſtoris. Sed licet ꝑus deſcribi/
tur ꝯditio mali q̃z boni paſtoris. ꝑus tñ di
cendũ eſt de bono paſtore. ſcḋo de malo. eo
ꝙ naturaliter prius ẽ bonũ q̃z malũ et ꝑe
ꝛ dignitate. Cõditio igiṫ boni paſtoris de
ſcribitur. Cũ diciṫ primo qꝛ intrat ꝑ oſtiũ.
Scḋo q̇a oſtiarius ei aperit. Et quis eſt
iſte paſtor melior q̃z xp̃s. q̇ ſm̃ Greg. paſcit
nos quos condidit. Nos eni ſumus oues
paſcue eius q̇ intrauit ꝑ oſtiũ. i. ꝑ teſtimo/
niũ ſacre ſcripture omniũ ꝓphetaꝝ in eccle
ſiã. nõ temeritate ꝓpria aut vſurpata ambi
tione ſed dei pr̃is ꝯſtitutiõe. Vñ Actu. x.
Huic omnes ꝓphete teſtimoniũ ꝑhibent.
Ipſe etiã nõ aſſumpſit ſibi honorẽ. ſed vo/
catus ẽ a deo tanꝙ̃ aaron Heb. v. Vnd̃ de
ſe dicit Ps. ij. Ego aũt rex ꝯſtitut⁹ ſum ab
eo ſcꝫ deo pr̃e. Huic ergo oſtiarius. ſ. ſpiri
tusſanct⁹ aperuit portas iuſticie q̃s ingreſ
ſus ẽ xp̃s. Circa q̇d ſciendū ꝙ xp̃s merito
diciṫ paſtor. qꝛ paſcit ſuos. Juxta illud ps.
Dñs regit me ꝛ nihil mihi deerit. Alia lra
habet ſm̃ Innocen. q̃rtũ. Dñs paſcit me.
Paſcit autẽ quadruplici cibo. quo nihil ẽ
melius. ꝛ ideo nõ ſolũ meretur dici paſtor
bonus. ſed etiã optimus. Prim⁹ cibus eſt
ſacramẽtalis ſcꝫ corꝑis xp̃i Joh. vi. Caro
mea vere ẽ cibus. Sed q̃s paſcit iſto cibo
diciṫ in Ps. Edent pauꝑes ꝛ ſaturabunṫ.
Pauꝑes dico ſpiritu. i. humiles ꝛ non in/
flati Matthei. v. Secundus cibus ẽ do/
ctrinalis. Hieremie. iij. Dabo vobis paſto
res iuxta cor meum et paſcent vos ſcien/
tia et doctrina. Tertius cibꝰ eſt gratie eter
nal' Math. v. Bti q̇ eſuriũt ꝛ ſitiũt iuſticiã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN